

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

De impensis immodicis, qvae in ecc esiarum consecratione insumuntur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

ſam ſubinde miniſtrat, uere eccleſiaſticos, ac Chriſto ſacros  
presbyteros floccipendendi, nihilq; faciendi, quod illorū  
uita coram uniuerso populo offendiculis ſit quā refertiſ-  
ſima. Interim à quibusdam episcopis ſex corruptis teſtibus  
ad hoc adhibitis, dignus ne ſit ſacerdotij munere, uel mi-  
nus ordinandus, fides adhibetur, qui paſſim quoſq; indig-  
niſſimos ſimulatis ſuis uocibus teſtantur dignos, adq; hoc  
miniſterium aptos ferunt & accomodos licet non raro nul-  
lus perſonatorum illorum teſtium, ordinandum, uel de fa-  
cie albus an ater ſit, nouerit, conaturq; ita Chriſtianis ſan-  
ctionibus, ſub perſona, fuco, atq; fictitio tantum prætectu  
ſatiſſacere.

DE IMPENSIS IMMODOCIS, QVAE IN  
eccleſiarum conſecratione inſumuntur.

**I**NSUPER quum eccleſias ac templa prætenuia qui-  
dem, deo dicant, ſacrantq; nonnulli ſuffraganeorū, ſub-  
ditos utcunq; per ſe ægeſtate laborantes, ſuperfluis, mi-  
nimeq; neceſſarijs ſumptibus onerant: neq; hoc contenti,  
quin munera quoq; & illa quidem immodica, à miſera ple-  
becula exigant.

**I**TEM quum laici eccleſijs altaris donant ornamenta  
quædam, nec non caſulas, & ſimilia, ac in dei honorem pe-  
cunias ſuas expendunt, nihilominus tamē Suffraganei ex-  
igunt, ut talia, priuſquam ad altaris conuertantur uſum, cō-  
ſecrentur, pro qua demum conſecratione munera ac dona  
petuntur innumera. Quapropter æquum eſt, ut tales abu-  
ſus deleantur. Et ſi Suffraganei fruſtra laborare nolint, ut  
unicuiq; præ' ato aut plebano talia faciendi permittatur po-  
teſtas.

QVEMADMODVM CEMITERIA NONNVM  
quam ſuperflue, ac minime neceſſario conſecrentur.

**D**EMVM ſi forte ſine armis, pugnis tantum & capil-  
lis in cemiterio, duo, plures uel manus conſerant, aut  
rixam